

*Quos Deus præscivit et prædestinavit.*

Léctio Epístolæ beáti Pauli apóstoli  
ad Romános

8, 28-30

**F**ratres:

<sup>28</sup> **S**ciamus quóniam diligéntibus Deum  
ómnia cooperántur in bonum,  
his, qui secúndum propósitum vocáti sunt.

<sup>29</sup> Nam, quos præscívit,  
et prædestinávit confórmes fieri imáginis Fílii eius,  
ut sit ipse primogénitus in multis frátribus;

<sup>30</sup> quos autem prædestinávit, hos et vocávit;  
et quos vocávit, hos et iustificávit;  
quos autem iustificávit, illos et glorificávit.

Verbum Dómini.